Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26172
Copyright: Admont, Benediktinerstift



opes plurimas ac militiam secularem relinquentes semet ipsos
ad monasteria contulerit. tanto cernimus studio in his quae
penitus abscidi non possunt. et quae nequeunt in hoc ordine non
haberi. quantus parua sint ac uilia esse denuncios. ut horum
cura pristinarum omnium facultatum. supra passiones. quibus
profecto non magne poterant maiores opes ac substantias con
tempsisse quam affectus earum. obque ille contemnende sint in res
paruas atque exiguas transtulerit. Nam uicium cupiditatis
et auaricie quod erga species pretiosas exercere non possunt. erga
uiliores materias retinentes non abscidisse se. commutasse se
putant. pristinam passionem. nam deuitata nimia diligentia
erga curam pistrini. sportelle. sagelli. codicis aliarumque similium
rerum quantus uilissimarum eadem tamen qua ante ~~tanta~~ libidine
detinent. quam tanta emulatione custodiunt atque
defendunt. ut pro ipsis aduersus fratrem commoueri eos. et quod et
turpius etiam litigare non pudeat. Inquibus adhuc egritudine
cupiditatis pristine laborantes. hec eadem quae usus corporis
possidere monachum uel necessitas cogit. secundum numerum
mensuramque communem non sint habere contenti. in hoc quoque
sui cordis auaricia designantes. uel cum ea quibus uti necesse
est. perpensis student habere quam cum. excedentes diligen
tie modum. peculiariter ea adtentique custodiunt. ab aliorum
tractatione ne defendunt. quae uniuersis debent esse communia.
Quasi vero differentia tantummodo metallorum et non ipsa passio
cupiditatis habeat in nobis. et prebus quidem magnis
iras ci non liceat. propter uiliores uero hoc ipsum fecisse. sine cul
pa sit. et idcirco pretiosiores abiecerimus materias. ut fa
cilius discerem uiliora contemnere. Quod enim differt
utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas
atque magnificas an erga uiliores exercent species. nisi

aliaru

bob

sui